



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXLVI. De abstinentia, quæ est pars subiectiua temperantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

nefas pertinere uidetur, quæ id quod est homini turpissimum, & indecentissimum repellit scilicet brutales uoluptates. Vnde & ipso nomine temperantia maxime intelligitur bonum rationis, cuius est moderari & temperare concupiscentias prauas. Sic ergo honestas, prout specialia quadam ratione temperantia attribuitur, ponitur pars eius non quodam subiectiua, uel sicut uirtus adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut quædam eius conditio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod temperantia ponitur pars subiectiua honesti, prout sumitur in sua communitate: sic autem non ponitur temperantia pars.

AD SECUNDVM dicendum, quod uinum in ebrijs facit præcordia honesta secundum eorum reputationem, quia uis eius quod sunt magni, & honorandi.

AD TERTIVM dicendum, quod iustitia, & fortitudini debetur maior honor quam temperantia, propter maioris boni excellentiam. Sed temperantia debetur maior honor propter prohibitionem uirtutum magis exprobrabilium, ut ex dictis patet: & sic honestas magis attribuitur temperantia secundum regulam Apostoli, 1. ad Cor. 12. quod inhonestiora maiorem habent honestatem, scilicet remouentem quod inhonestum est.

Super Quaestio. 146. Art. primum.

QVAESTIO CXLVI.

De abstinentia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus subiectiuis temperantia. Et primo, de his quæ sunt circa delectationes ciborum. Secundo, de his quæ sunt circa delectationes ueneriorum.

¶ Circa primum considerandum est de abstinentia, quæ est circa cibos & potus, & de sobrietate, quæ est specialiter circa potum.

CIRCA abstinentiam autem consideranda sunt tria.

¶ Primo, De ipsa abstinentia.

¶ Secundo, De actu eius, qui est ieiunium.

¶ Tertio, De opposito uirtus, quod est gula.

CIRCA abstinentiam autem quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum abstinentia sit uirtus.

¶ Secundo, Vtrum sit uirtus specialis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum abstinentia sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod abstinentia non sit uirtus. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 14. Non est regnum Dei in sermone, sed in uirtute: in abstinentia autem non consistit regnum Dei. dicit enim Apostolus ad Ro. 12. Non est regnum Dei esca & potus: ubi dicitur gl. nec in abstinendo, nec in man-

Aducando esse iustitiam, ergo abstinentia non est uirtus.

¶ 2. Præter. Aug. dicit in 10. confesad Deum loquens. Hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam: sed medicamenta moderari non pertinet ad uirtutem, sed ad artem medicinæ. ergo pari ratione moderari alimenta, quod pertinet ad abstinentiam, non est actus uirtutis, sed artis.

¶ 3. Præter. Omnis uirtus in medio consistit, ut habetur in 2. Eth. abstinentia autem non uidetur in medio consistere, sed in defectu, cum ex subtractione nominatur. ergo abstinentia non est uirtus.

¶ 4. Præter. Nulla uirtus excludit aliam: sed abstinentia excludit patientiam. dicit enim Greg. in past. quod abstinentium mentes plerumque impatientia excutit a sinu tranquillitatis. Ibidem etiam dicit, quod cogitationes abstinentium nonnumquam superbiam culpam transfigit, & ita excludit humilitatem, ergo abstinentia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Pet. 1. Ministrante in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam: ubi abstinentia alijs uirtutibus connumeratur, ergo abstinentia est uirtus.

RESPOND. Dicendum, quod abstinentia ex suo nomine importat subtractionem ciborum. Duplitter ergo nomen abstinentia accipi potest. Vno modo, secundum quod absolute ciborum subtractionem designat: & hoc modo abstinentia non designat neque uirtutem, neque actum uirtutis, sed quoddam indifferens. Alio modo potest accipi secundum quod est ratione regulata: & tunc significat uel habitum uirtutis, uel actum. Et hoc significatur in præmissa autoritate Petri, ubi dicitur in scientia esse abstinentiam ministrandam, ut scilicet homo a cibis ablineat prout oportet pro congruentia hominum, cum quibus uiuit, & personarum suarum, & pro ualitudinis suae necessitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod usus ciborum, & eorum abstinentia, secundum se considerata, non pertinent ad regnum Dei. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 1. Esca nos non commendat Deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus: neque si manducauerimus, abundabimus, scilicet spiritaliter. Vtrumque autem horum secundum quod fit rationabiliter ex fide, & dilectione Dei pertinet ad regnum Dei.

AD SECUNDVM dicendum, quod moderatio ciborum secundum quantitatem, & qualitatem, pertinet ad artem medicinæ in comparatione ad ualitudinem corporis: sed secundum interiores affectiones in comparatione ad bonum rationis, pertinet ad abstinentiam. Vnde Aug. dicit in lib. de quaest. euang. Non interest omnino scilicet ad uirtutem, quid alimentorum, uel quantum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus uiuit, & personarum suarum, & pro ualitudinis suae necessitate: sed quanta facilitate & seueritate animi his ualeat cum oportet, uel necesse est carere.

AD TERTIVM dicendum, quod ad temperantiam pertinet refrænare delectationes, quod nimis animam ad se allicitur: sicut ad fortitudinem pertinet firmare animam contra timores a bono rationis repellentes. Et ideo sicut laus fortitudinis consistit in quodam excessu, & ex hoc de-

Secunda Secundæ S. Thomæ. V V 3 nomi-

& talis cibi consoni, scilicet sanitati corporis, aut saltem non impeditur illius, spectat ad temperantiam in ordine ad bonum rationis, ita quod propria & principalis materia temperantia est concupiscentia. Quantitas autem, & qualitas cibi sunt obiecta concupiscentia, ac per hoc materia remota temperantia. Finis autem proprius est boni rationis, sub quo temperantia sanitatem corporis seruat mediante naturali amore, quo nemo unquam carnem suam odio habuit.

lib. 10. cap. 31. no multum procul a prin. 10. 1.

lib. 2. Ethic. cap. 6.

parte 3. 22. 20. iter prin. cap. & med.

in argu. Sed contra.

lib. 1. q. 147. cap. 11. ante med. tom. 4.

¶ Super Quaestione centesimaquadragesima sexta
Articulum secundum.

In art. eiusdem 147. quaestiois duo occurrunt. Primum est in responsione ad primum articuli secundi, quod responso auctoris non solum dicit abstinentiam commendari ex alijs uirtutibus, sed etiam non commendari, nisi adiunctam habeat laudem ex alijs uirtutibus, ut auctoritas Gregorij exposcit, Sumitur autem sensus iste ex eo quod in responsione dicitur, quod oportet uirtutes esse connexas, ac per hoc abstinentiam non esse uirtutem nisi connexa sit alijs, & consequenter non est laudabilis, nisi ex alijs commendetur, cum quo patet stare quod habet propria laudem sicut ceterae uirtutes morales &c.

¶ Secundo est in responsione ad tertium eiusdem articuli: est siquidem in illa duplex dubium. Vnum est, quia saluum uidetur, quod usus uestimentorum sit arte inductus: quoniam licet uestimenta fiant per artem, quod utamur tamen uestimentis, a natura habemus, quae nos indigentes uestimento produxit. Neque enim minus naturaliter homo est animal uestibile, quam pollicum.

¶ Alterum est, quia dato quod usus uestimentorum esset ab arte, ex hoc non recte inferitur, quod circa ipsum non sit aliqua specialis uirtus. Et obijcit Martinus in praedicto tractatu, in quaestio. 1. de abstinentia, Quia neque circa pecunia, & delectationes oppositas, neque circa magna aedificia, neque circa ludos multos, quorum usus est ab arte, essent ponende speciales uirtutes: quod est falsum. ergo &c.

¶ Ad primum horum facile dicitur, quod usus uestimentorum est naturalis homini secundum quod est animal rationale, sicut esse pollicum: sed non est naturalis eidem secundum naturam sensitivam, nisi inchoatiue, pro quanto complexio corporis preparata est, ut uestimentis melius conferuatur. Quod autem non plus quam sic naturalitatis habet, ab arte ponitur esse.

¶ Ad secundum uero dicitur, quod uerba auctoris possunt intelligi dupliciter. Primum, ut differentia in hoc quod usus cuiusque materiae est a natura, uel ab arte, sit causa differentiae in hoc, quod in illa materia sit uirtus specialis, uel non. Et hic sensus est acceptus ab arguente, sed non est inuentus ab auctore.

¶ Secundo modo potest intelligi, quod differentia dicta, scilicet a natura, uel arte, posita in talibus materijs, scilicet usu alimentorum & uestimentorum, est causa quod sit circa alimenta specialis uirtus, & non circa uestimenta. Et hic sensus concedatur.

ARTICVLVS II.

Utrum abstinentia sit specialis uirtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod abstinentia non sit specialis uirtus. Omnis enim uirtus secundum se ipsam est laudabilis: sed abstinentia non est secundum se laudabilis. dicit enim Grego. in pastoralibus, quod uirtus abstinentiae non nisi ex alijs uirtutibus commendatur. ergo abstinentia non est specialis uirtus.

¶ 2 Præ. Aug. dicit de fide ad Petrum, quod abstinentia sanctorum est a cibo & potu, non quia aliqua creatura Dei sit mala, sed pro sola corporis castigatione: hoc autem pertinet ad castitatem, ut ex ipso nomine apparet. ergo abstinentia non est uirtus specialis a castitate distincta.

¶ 3 Præ. Sicut homo debet esse contentus moderato cibo, ita & moderata ueste, secundum illud 1. ad Tim. vi. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: in moderatione autem ue-

quamus etiam non habere plenam rationem magis, dicendo, Et ideo magis circa alimenta, quam circa uestimenta, ratio licet est satisfacere argumentum per rationem de uestimentis & alimentis.

stium non est aliqua specialis uirtus. ergo neque abstinentia, quae est moderatiua alimentorum.

¶ SED CONTRA est, quod Macrobius ponit abstinentiam specialem partem temperantiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, uirtus moralis conseruat bonum rationis contra impetus passionum, & ideo ubi inuenitur specialis ratio, qua passio abstrahit a bono rationis, ibi necesse est esse specialem uirtutem. Delectationes autem ciborum nate sunt ab abstracte homine a bono rationis, non propter earum magnitudinem: tum quia non propter necessitatem ciborum, quibus homo indiget ad uitae sustentationem, quam maxime homo desiderat: & ideo abstinentia est specialis uirtus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uirtutes oportet esse connexas, ut supra dictum est: & ideo una uirtus adiuuatur & commendatur ex alia, sicut iustitia ex fortitudine. Et per hunc etiam modum uirtus abstinentiae commendatur ex alijs uirtutibus.

AD SECVNDVM dicendum, quod per abstinentiam corpus castigatur non solum contra illecebrosas luxurias, sed etiam contra illecebrosas gulae, quia dum homo abinet, magis redditur fortis ad pugnationes gulae timendas, tanto fortiores sunt, quanto magis homo eis credit. Et tamen prohibetur per hoc abstinentiae esse specialem uirtutem, quod ab abstinentia ualeat, quia una uirtus ad aliam uiuat.

AD TERTIVM dicendum, quod usus uestimentorum est in modo ab arte, usus autem ciborum a natura. Et ideo magis debet esse uirtus specialis circa moderationem ciborum, quam circa moderationem uestimentorum.

¶ Uirtus, quas ponendas esse per naturam, uirtus specialis sit circa peccatum operatum, quam magnificentia sine peccato communi uirtutum exerceri potest, ut patet in uirtute moralis est circa magna aedificia, delectationes appositas, sed haec non sibi materijs uirtutum. Delectationes sibi materijs uirtutum, delectationes coordinantur cum naturalibus, & abstinentia, uel castitas, delectationes ad euersionem peccati, & aedificia sub magis operantibus comprehenduntur, quibus ad magis operantibus.

par. 9. cap. 3 medio.

cap. 43. circa prim. com. 3.

QVAESTIO CXLVII.

De ieiunio, in octo articulos diuisa.

INDE considerandum est de ieiunio. Et circa hoc quarantur octo.

¶ Primò, Vtrum ieiunium sit actus uirtutis.

¶ Secundò, Cuius uirtutis sit actus.

¶ Tertio, Vtrum cadat sub precepto.

¶ Quarto, Vtrum aliqui excusentur ab obseruatione huius precepti.

¶ Quintò, De tempore ieiunij.

¶ Sextò, Vtrum semel comedere requiratur ad ieiunium.

¶ Septimò, De hora comestionis ieiunantium.

¶ Octauò, De cibis, a quibus debent abstinere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ieiunium sit actus uirtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit actus uirtutis. Omnis enim actus uirtutis Deo est acceptus; sed ieiunium non semper est Deo acceptum, secundum illud Isaiæ: quin quagesimo octauo. Quare ieiunium non est actus uirtutis.

¶ 2. Præter. Nullus actus uirtutis recedit a medio uirtutis: sed ieiunium recedit a medio uirtutis, quod quidē in uirtute abstinentiæ accipitur sicut in hoc, ut inueniatur necessitati nature, cui per ieiunium aliqd subtrahitur, alioquin non ieiunantes non haberent uirtutem abstinentiæ: ergo ieiunium non est actus uirtutis.

¶ 3. Præter. Id quod communiter omnibus conuenit & bonis, & malis, non est actus uirtutis: sed ieiunium est huiusmodi. Quilibet enim antequam comedat, ieiunus est, ergo ieiunium non est actus uirtutis.

SED CONTRA est, quod connumeratur alijs uirtutum actibus, secundum ad Cor. 6. ubi Apostolus dicit, In ieiunijs multis, in scientia, in castitate, &c. RESPON. Dicendum, quod ex hoc aliquis actus est uirtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum: hoc autem conuenit ieiunio. Assumitur enim ieiunium principaliter ad tria. Primò quidem ad concupiscentias carnis reprimendas. Vnde Apostolus dicit in autoritate indu-

ctus. Si quis uero abstinere ut carnē spiritui subiciat, aut ad penitentiam pro peccatis suis agendam, & in hoc excedat, aut aduertit se excedere, & putat se bene facere, & tunc proculdubio peccat. Communiter tamen est peccatum ueniale huiusmodi excessus propter rectam intentionem, & nocentem ignorantiam, quod ad notabilitatem. Apprehendunt enim nocentem ta corporis, pura, doctorem stomachi &c. quasi nihil. Et tanto plus excusatur, quanto sanitas corporis consideratur ab eis non absolute, sed in ordine ad seruitutem spiritus. Et secundum morales regulas. 2. Erbi. declinandum est in eam partē uirtutis, quae est similior uirtuti. Constat autem abstinentiæ magis assimilari nimiam abstinentiam, quam competenter se nutrire. Si autem non aduertit se excedere utendo illa, quam habet, discretionem, nullum peccatum est.

¶ Ad primam obiectionem dicitur, quod uerba parum personarum sunt pie interpretanda. Intendunt siquidem dicere, quod uacando actibus uirtutis, & rationabili abstinentiæ non curant diminutionē uitæ, & in hoc recte sentiunt. Et non intendunt dicere, quod uoluntaria abstinentiæ anticipet mortem.

¶ Ad confirmationem dicitur, quod auctoritati Hieron. non contrariatur commune in dictum: quoniam Hier. loquitur de intermetibus, uel impedimentis se ex intentione, uel aduertendo notabilem excessum nocentem. Commune autem iudicium extra hos casus est.

¶ Ad secundum dicendum, quod medium uirtutis non accipitur secundum quantitatem, sed secundum rationem rectam, ut dicitur in 2. Eth. Ratio autem iudicat quod propter aliquam specialem causam aliquis hominum sumat de cibo, quam sibi cōpereret secundum statum communē: sicut propter infirmitatem uitandam, aut ad aliqua opera corporalia expediri agenda. Et multo magis ratio recta hoc ordinat ad spiritalia mala uitanda, & bona prosequenda: non tamen ratio recta tantū de cibo subtrahit, ut natura conseruari non possit: quia ut Hieronymus dicit, Non differt utrum magno, uel paruo tempore te interimas: quia de rapina holocausti offert, qui uel ciborum nimia egestate, uel manducandi, uel somni penuria immoderate corpus affligit. Similiter etiam ratio recta non tantum de cibo subtrahit, ut homo reddatur impotens ad debita

Secunda Secunda S. Thomae. V V

in argu. Sed contra. lib. 2. contra Iouinianum i sine 3. fol. incipiendo 7 princ. cō. 3.

in serm. 230. de tempore circa princ. tom. 10.

in serm. 3. cō. 20. paratim medio.

in serm. 230. de tempore tom. 10.

lib. 2. cap. 6. tom. 5.

referretur de cōsecr. dist. 3. c. Non me dicitur.

Super

Super

Super

Super

Super

Super

Super

Super

Super

Super

Super